258)

[= Acerna. 7: Nr. 269]

Hiberna lectiones et opera tem=
poribus divisa. Anno novissimi
temporis 1576. adhuc regente Scho=
lam cum Deo Johanne Melano.

jn secunda classe.

Mane Rector leget cum syntaxi Graeca Demosthenis orati=
onem contra Epistolam Philippi.
Nona hora Dialect: P. Rami lib. 2.
Prima M. Tullii ~~[illegible]~~ De optimo genere Oratorum.
Quarta Vohteman, officia M. Tullii Ciceronis. Argumentum O=
rationis faciendae dictabit Vohte. Carminis Rector. Idem do=
ctrinam pietatis tradet e primis capitibus 1. ad Cor. Pro En=
chiridio erunt Quaestiones Theodori Beza. Concertationes e=
runt pro arbitrio Rectoris. Haec classis moribus et studiis
caeteris specimen et norma esto.

jn classe tertia.

Mane perget Conrector in Syntaxi Latina, sicut in singulis Re=
gulis ediscere jubeatur modo aut exempla. Idem hora nona
docebit Grammat: Lenardi, in hoc potissimum, ut nomina
et verba ad unguem inflectere hic discant.
Prima hora proponet Audo. Talaei Rhetoricam.
Die Lunae et Martis. Die Jovis et Veneris pergat in prosodia
easque soluta in Metamorph: ostendo rationem carminis
faciendi. Ad Quartam Cic: Orat. pro Ligario, cujus loci signi
accommodatum thema dictabit Conrector, cui accedent ver=
siculi 6. vel 7. ex eodem argumento.
Saturni die mane 9. Proverbia Salomonis a principio. Qui prin=
cipia audierunt Epistolam Pauli audient cum ordine secundo.

Jn Quarta Classe.

M. Hinricus Etymologiam deducet usque ad Syntaxin. Ad eam con=
sumet horam sext: et primam, et siquid superest temporis re=
petet praecepta Prosodiae.
Idem hora quarta explicabit orationem pro Ligario perse=
quens potissimum phrases et sermonem Latinum, cujus opti=
mus magister est Cicero. Ex eodem thema statis temporibus di=
ctabit.
Die Saturni secundam et primam classi tertiae et quartae
tradet doctrinam morum ex sententiis Salomonis, exordiens
a principio, nam antecedentia plerique non audierunt.

Jn Quinta classe.

Vohte minorem Grammaticam absolvet, eamque tribuet ad sex=
tam et ad primam. In verbis exiget etiam propriam signifi=
cationem, ac eisdem exercebit conjugando.
Nona Cantor tradet faciliores Regulas Syntaxis cum Eclogis
Vergilianis. Idem Quarta proponet Elegantias puerilis ex
Epist. Ciceronis. In eius Etymologiam et Syntaxin perfectius
exercebit, ex illis ipsis thema dictabit.
Saturni die concertabunt pro sede Vohteman[illegible]. Emende=

ridiori hujus classis eosdem, quae ad nonam ab initio explicabit Cantor. Ad primam Vespt: Horis Dominico die Vespt: mane meridie Vesperi.

In Sexta & Septima.

Minoris Grammaticae fundamenta jaciuntur segregatis iis, qui Donatum infideliter didicerant. 9. Praeter. 1. Xo, mene. Vesperi puerilia Colloquia. Caetera congruent cum iis, quae facta Mens: esti:

SCHOLASTICA LEGES & DISCIPLINA.

Observator et Exactor fidem servent, ne vapulent. Qui docerit scholis, prius ipse inspiceret ejus transgressor. Ne quis ludat in publico, nisi quando licet per ferias solemnes. Qui palam mentiuntur, qui jurant impie, qui atrox convitium dicunt. Qui socium pulsant. Qui suos libros distrahunt, aut rapiunt aliena, qui pomos subeunt, aut coeunt ad comptandum. Qui adversus Magistrum faciunt, qui in discendis lectionibus supinam negligentiam produnt, Qui magistratum, conscionatorem, Praeceptorem irreverenter praeterunt, qui non reddunt thema, aut ab alio factum reddunt. Denique, qui aliquo graviore scelere Dei legem perfringunt, aequo jure Rectoris judicio virgae subjiciuntur. Nunquam denique poenis, nec absque fieri volumus pueros ad patientiam vapulandi: sed interim quae supplicis persequenda sunt, ea non solemus dissimulare. Scilicet ut vanae sunt leges sine moribus: ita docendi labor inanis est, nisi digniz poenis ferocior petulantia coerceatur. Pedagogis praecipimus. Ne pueris suae fidei commissis privatim aliquid tradant, praeterea quae proponuntur in schola, ubi satis multis lectionibus onerantur. Neque sinant eos publice vagari inconseditos, neque videntur ipsi pueris domi relictis. Magistros obtestor per eum, ad cujus tribunal omnes sistemur: ut consideratione oneris, quod sustinent, aequitatem actionum modent praesenti necessitati, ut in armis imperatorem fulciunt centurionum industria, et militum virtus: sic juventutem studiorum janua, fectum Rectorem confirmat, fidelis et pertinax opera, sociusque simul una pugne intentium collegarum. Respice Domine Jesu clementer ad labores, quos nobis imposuisti, ut possint esse et tibi placentes et nobis utiles, juventutique salutares. Fiat. Lectiones exordientur cum Deo a Calend. Novembr.